Quelle:
Copyright:

ad apocrypha rejectus. S. Hieronymus in mox dicto Prologo orationem Manassis scriptam fuisse in sermonibus regum Israel, et in sermonibus Hozai Prophetae, testatur ubi 2. Paralip. 33, 18. 19. Ea vero, quae hodie legitur illius nomine extat verbis Paralipomenon uti veluti teneor subjicitur ab Auctore Constitut. Apostoli. Eorum II 22. atque patente Cotelerio fictitia est ad extra canonem libr. divinor. collocata. Ex antiquis eam plures genuinam habuere, quos vid. apud Fabric. Bibliotheca graeca, lib. 5. c. 29. Graecos etiamnum hodie inter alia cantica hac Manassis oratione uti, notavit Leo Allatius de libb. eccles. graec. p. 62. Qui vero affirmarunt, eam nec graece nec hebraice reperiri, ad. ant Jambeck. comment. Bibl. Cas. lib. 2. p. 37. et 279. Bonfrer. p. 14. Dupin in Prolog. Bibl. Constit. Apost. lib. p. 17. Labbei concil. T. I. Paris 1671. Cotelerii Patr. Apost. Berlin Rob. Stephani 1840. Waltoni Polyglott. in Esdram et Nehem. Utrum difficilius inter alia ait: "Nec quemquam moveat, quod unus a nobis editus est, nec Apocryphorum tertii et quartii somniis delectetur, quia et apud Hebraeos Esdra Neemiaque sermones in unum volumen coarctantur, et quae non habentur apud illos, - - sunt procul abjicienda." Ex his patet, librum 1. et 2. Esdrae uno conclusum fuisse volumine jam ab Hebraeis, uti et in codice nostro. Librum vero tertium (: qui codici nostro secundus:) esse apocryphum, et ab alio quam Hieronymo translatum. Isidorus Hispal. VI. 2. orig. vocat eum (: sicut codex noster:) librum secundum, negans eum apud Hebraeos haberi; sed Joh. Morino p. 225. Exercit. Bibl. ex hebraico translatus videtur. Graece extare negarunt viri nonnulli docti, quia deest in nonnullis Bibliorum editionibus. In plerisque vero extat, et in Polyglottis Parisiens. et Londin. legitur graece, Syriace, ac latine. Cui eum Latio donaverit, cum nulla suppetant argumenta, dignosci nequit; sed diu ante Hieron. tempora latine lectitatum constat e Tertulliano, Cypriano, Ambrosio et aliis.

Hunc 3tium Esdra librum exhibet Sabatier Bibl. sacrorum Tom. 3. p. 1041. duplici columna, quarum una versionem vulgatam, altera versionem alteram nempe ex Codice Colbertino, uti docet praefatio, continet. Codex noster versionem vulgatam sequitur, exceptis quibusdam variantibus, sed nullius momenti